DE

[A]RABUM ELEPHANTIASI

[IN] PARTIBUS GENITALIBUS OBSERVATIONES DUAE
MAXIME MEMORABILES, ADDITA
ANALYSI MICROSCOPICA.

DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICO-CHIRURGICA

QUAM CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS
IN
ACADEMIA VIADRINA
AD SUMMOS
IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
DIE XII M. SEPTEMBR. A. MDCCCLVII.
H. L Q. C.
PALAM DEFENDET
AUCTOR

ROBERTUS FRAENKEL,
VRATISLAVIENSIS.

1857

OPPONENTIBUS AMICIS:

O. GOLDSCHMIDT, DR. MED., MED. PRACT.
M. FRIEDMANN, CAND. PHIL.

VRATISLAVIAE,
TYPIS HENRICI LINDNER.

VIRIS

ILLUSTRISSIMIS, AMPLISSIMIS, CELEBERRIMIS

C. B. REICHERT,

ED. ET. CHIR. DR., AUG. RUSS. CAES. A REIPUBLICAE CONSILIIS, NIVERS. VIADR. PROF. PUBL. ORD., REG. INSTIT. PHYSIOLOG. JBERNATORI, COMMIS. REG. AD EXAMINAND. MEDIC. DELEGATAE SOCIO, LITTERARUM SOCIETATUM COMPLURIUM SODALI ETC.

PRAECEPTORI DILECTISSIMO

EGREGIE DE SE MERITO SUMMEQUE VENERANDO

ET

A. MIDDELDORPF,

ET CHIR. DOCT., UNIVERS. VIADRINÆ VRATISL. PROF. PUBL ORD., REG. INS
ICI CHIRUR. ATQUE OPHTHALMIATRICI DIRECTORI, IN NOSOCOMIO OMNIUM SANCT.
IRURGO PRIMARIO, SOCIET. REG. AD EXAMN. MED. DELECTAE SOCIO, LITTERARUM
SOCIETATUM COMPLURIUM SODALI ETC.

RAECFPTORI HUMANISSIMO ATQUE CARISSIMO

OPTIME DE SE MERITO MAXIMEQUE COLENDO

HASCE

STUDIORUM PRIMITIAS

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.

Procemium.

Quum quicunque se ad conscribendam aliquam commen-
ationem conferat, gaudio studioque affectus et quasi nimio
[uodam propositi sui amore captus esse statuendus sit,
uoniam ad primitias literarum suarum aggrediatur in lucem
roferendas, tum mihi ille propositi amor imprimis fuit gra-
is ac penitissimus, quod et insolitum illud per se est et ra-
issime adhuc diligentiori est perquisitioni subjectum. Sin-
ularem enim quendam mihi fortunae videor favorem nactus
sse, quum duobus casibus qui in Clinico nostro chirurgico
bservabantur admodum notabilibus in medicorum usum
ommunicandis mihi contingeret, ut pro viribus meis quamvis
xiguis aliquid certe ad complendam constituendamque de
ac de scientiam, quam hoc potissimum saeculo nostro in
iversissimis orbis terrarum regionibus coluerunt medici,
roponerem, atque omnino me operae pretium facturum esse
onfido, si in hac tam gravi tamque lubrica quaestione quae
deo cum intimis in toto cutis systemate immutationibus
ohaeret, ut vel medici vel pathologi nequidquam paene ad-
uc in enucleandis morbi caussis elaboraverint, vel tantillum
ro, materiâ nondum copiosissima, persecutus. Quamquam
itur talibus affectionibus, quae praesertim in zona tempe-
ata tam parum fere observabantur, accurate pro singulis
uibusque casibus disquirendis, accedente insuper analysi
icroscopica, fructum aliquem putabam in medicinam,

quippe scientiam empiricam, essse redundaturum, tamen rei et obscuritas et tam manca adhuc claritas certe me a proposito meo deterruisset, nisi egregia mihi ac praeclara duorum virorum optime de me meritorum comitas liberalitasque succurrisset, qua mihi, quidquid studia mea promovere posset, promptissimo animo suppeditabant. Itaque maxima gratia persensa debetur Ill. professori Middeldorpff, Clinici nostri chirurgici Moderatori, quod me optimis atque exquisitioribus, unde propositi mei pathologiam explorarem ac cognoscerem, fontibus adjuverit summa cum benignitate atque affabilitate. Neque vero minus me sibi devinxit atque obstrinxit Ill. prof. Reichert, instituti physiologici gubernator, qui quidem tantum operae, tantum temporis, qua est humanitate, in eo collocaverit, ut me quum microscopio rectius uti doceret, tum de perquirendis partibus exstirpatis instrueret atque erudiret, et cuius liberalitate sola fieri potuerit, ut diligentiorem microscopicam perscrutationem compararem. Itaque si quid ego valui, meum esse arbitror, ut viris illis duobus illustrissimis spectatissimisque attribuam, quorum in me beneficia benevolentiamque, quoad vivam, gratissimo recordabor animo.

Elephantiasis Arabum, de qua nobis propositum est disce-
re, morbus est quem non minus quam Elephantiasin Graecorum s.
pram jam antiquissimis innotuisse nationibus haud nescimus. Nam-
e etsi permulta indicia quae nobis in veteribus libris sacris de
phantiasi obveniunt, prae ceteris rationes prophylacticae a Mose
propulsandum avertendumque malum populo suo mandatae,
nde certorum quorundam contra malum remediorum nomina,
Archigene in India allatorum, denique Aristotelis descriptiones
e, quibus morbum „Satyriasis" nomine afficit, alia quoque sine
bio ad Lepram potius videntur referenda quam ad morbum no-
ım, Lucretii tamen versus ille testis exstat certissimus, quam
ıe quae sint nostri morbi propria, veteribus Romanis patuerit.
enim Lucretius [1]): Est elephas morbus qui propter flumina
i gignitur Aegypto in media. Quodsi vero Arabum Elephantia-
sola est illa qua „Elephantis pes" efficiatur affectio, haud facile
cognitu, qua de re Alard contumaciter discedat ab opinione,
manos mali nequaquam ignaros fuisse. Amplius persecuti rem
toricam, medicos Arabum praestantissimos, inter quos praecipue
azes nominandus, saepissime de facie leonina enarrare legimus,
ı quidem facie veram Arabum Elephantiasin faciei intelligunt,
ıe ipsa, quamvis perraro, est ut inveniatur [2]). Contra, quam me-
aevi auctores ex Oriente in Europam translatam nuntiant (quam-
ım sunt fontes qui imprimis in Gallia ac superiore Italia jam ante
la sacra saeviisse vel quidem exstitisse morbum demonstrent)
Elephantiasis sine dubio nihil aliud censenda est quam Lepra,

---

) De natura rerum, VI, V. 1112.

) Exempli gratia Dieffenbach recentioribus temporibus Elephantiaseos
ei nonnullos casus triangulis in faciei cute excidendis felicissime curavit,

id quod ex ordinibus sacris compluribus concludendum, qui a auxilia omnia „hominibus leprosis“ afferenda constituebantur unde quoque St. Lazari ordo equester est ortus. Est autem „La zaro“ cognomen Leprae Graecorum notissimum. Sed quum nihi nobis sit negotii cum Lepra illa, mentionem hic solummodo eju fecimus idcirco, quia jam saepius confundebantur duo illa mala quae pari utuntur nomine, quamvis distincta sint inter sese diver sisque posita sint in alterationibus.

Prosperrime evenit, ut Arabum Elephantiasis in temperat zona, si cum aliis comparaveris, rarissime tantum animadvertatur usque ad hodiernum diem. Profecto atrocissimus ille morbus in signiter videtur sub coelo tropico posse efflorescere atque expli cari ita, ut evadat malum endemicum. Fervidae zonae si regiones terrasque insecuti erimus, ne una quidem fere observabitur quin Elephantiasis eo, qui assolet inesse malo endemico, vigore saevia eodemque gradu Europaeos afficiat quo indigenas. Ex Europa exeuntes invenimus malum primum in maritimis terris Maris Medi terranei, prae ceteris in Aegypto, porro in oris Hispanicis, in Tur cia asiatica, in Japanensibus ac Malabericis oris, denique per to tam partis Americae occidentalisque Indiae intertropicalis extensio nem. Priore tempore quum morbus a medicis pro Barbado insu lae proprio fuerit habitus, qui quidem ab Aethiopibus illum esse Barbadum traductum atque inde amplius usque in Europam illatum supposuerunt, creberrime hodie quoque in scriptis Anglicis Galli cisve significatio illa quae vocatur „Barbadoës leg“ vel „Jamb de Barbados“ nobis obvenit. Sed nunc plurimis observationibus tra ditis a medicis sumus edocti, nequaquam esse morbum uni insulae proprium, verum per universum Antillarum tractum plus minusve dispersum ac diffusum reperiri. Quin etiam in Americae continent non tam parce jam erumpit. Aethiopes etsi morbo admodum a praecipue obnoxii, ille non solum fervidorum coelorum incola aggreditur, sed etiam Europaeos invadit.

Maxime vero, ut jam attigimus, saevit Elephantiasis in Antillis in maris Caraïbici insulis, in Venezuelae ac Novae-Granadae oris Antillarum insularum nulli omnino parcitur a morbo, qui eaden saevitia nullam umquam regionem vexat nisi forte illam, quae a ven tis aequabilibus non est defensa, ac cuius incolae ad aquas pluvia

piscinarumque bibendas sunt coacti. In Novae-Granadae oris ...um quum jam minus frequens sit, interiorem imprimis terrae ...tem versus evanescit, sed illic Lepra ac Struma compensari do... dum est. Amplius, quum tropicum septentrionalem transgressus ... sensim lenitur saevitia. In civitatibus Americae septentrionalis ...deratis morbus sic perraro venit in conspectum, ut (id quod ...xime censemus notandum) facta sit a medicis observatio[1]), aegro... in Antillis aut alias morbo correptos, quum illuc transmigra...int, Elephantiasin prorsus fere amisisse. De regionibus Ameri... meridionalis in Brasilia tantummodo crebrius reperitur morbus.

Limitibus igitur geographicis Elephantiaseos effundendae accu...ius prolatis, restat insuper ut sub finem notam aliquam medici ...usdam qui per octo annos mali decursum et in Antillis et omnino ... America diligenter observavit adjiciamus. Ille enim Dr. Du...assaing longa experientia sua eo pervenit, ut de morbi subortu ...ue vigore inter aridas siccasque et inter lignosas irrigatasque ...is regiones subtilissimum statueret discrimen. „Par exemple", ...uit ille, „à Saint-Thomas et à la Barbade, qui sont des îles sê...es et peu-boisées, l'on rencontre à chaque pas cette fâcheuse ...ladie. La Guadeloupe, comme on le sait, est formée par deux ...gions bien distinctes, dont l'une est arrosée de nombreuses ri...res, et est couverte de montagnes qui ont conservé leur belle ...gétation primitive: l'Eléphantiasis est rare dans cette partie de ...e; l'autre région, au contraire, a subi des défrichements qui ont ... disparaître les forêts antiques, elle n'offre que des mornes peu ...vés, elle n'a pas d'eaux courantes; les habitans se désaltèrent ...ec l'eau de la pluie; la classe pauvre ne se sert que de l'eau sta...ante des mares et des étangs: dans cette partie de l'île l'Eléphan...sis se montre sur près de $^1/_{10}$ de la population adulte." —

Sed quum haec jam videantur pertinere ad morbi aetiologiam, ... his quidem hactenus!

---

1) Duchassaing, Etudes sur l'Eléphantiasis des Arabes et sur la Spilo...xie (Archives générales de médecine, Ser. V, Tom. IV, 1854).

Symptomatologia.

Priusquam morbi nostri symptomata copiosius incipiamus d pingere, commemorandum prae ceteris videtur illud, quod duae in primis formae discernuntur: Elephantiasis febrilis, significa atque insignita saeviore febris incursu, vomitu, siti adaucta, sing lis quibusque invasionibus morbi praegredienti; Elephantias apyretica, ubi processus sine pulsus acceleratione graviore a notabili, sine symptomatis et gastricis et aliis et exorditur et pr greditur. Atque huic formae apyreticae quidem duo illi a me d scripti casus referendi sunt. —

Morbus in universum incipit valetudinis turbationibus plus m nusve intensivis. Assolet incedere febris aliquis impetus, intr ductus frigore, quem fervor doloresque in partibus affectis subs quuntur, quae illae quidem confestim rubescunt perque quas luc das strias, eximie dolorificas, licet agnoscere, secundum vasa ly phatica vicina decurrentes. Homines ipsi ut caussam afferun virium aut contentionem immodicam quandam, aut diuturnam i solationem, aut quod aëri sese obtulerint frigido vel humido. Pl risque casibus, medicus ut caussam certiorem aliquam occasionale dignoscat, fieri omnino non potest. Ille vero impetus primus, po breve tempus finitus, nil amplius relinquit nisi notabilem partis co poris affectae intumescentiam, qua quidem quoque satis celerit regressa volumen partis illius apparet solitum ac normale. Lo giore brevioreve temporis autem spatio interjecto eadem illa sub riuntur symptomata, quae primum jam induxerunt impetum, et quod gravius efferendum videtur, membri quae restat intumescent crassior maiorque apparet, omnino non dolorifica nec coarcta partem vel comprimens, pervicaciter vero remanens ac volumi minime mutato persistens. — Hunc alterum impetum rursus ins quitur tertius, quartus, post aliquot spatium interlapsum, qua in insigne est, quod quo febriles gastricaeque diminuuntur molestia eo amplior fit hypertrophia membri ac magis aperta. Tales ve impetus si quis forte credat periodis certa ratione praevidendis i trare, vehementer erraverit; sunt enim numero temporeque sibi n constantes. Aegrotos complures si examinaveris, alius duobus p

e vel uno modo impetu, alius quinque vel sex tentatum se esse iet. Morbus si ingruit sine febri (E. apyretica), hypertrophia quam gliscens atque occulte crescens in ea, quae est sedes mali ira, parte explicatur: et quum dolores illi insignes secundum orum lymphaticorum tractum currentes vix paene exsistant, tis volumen contra in dies accrescit, cute laeviore ac magis dinta.

Paullatim etiam aegroti intumescentiae et hypertrophiae mem- assuescunt, quod quo diuturnius jam exstitit malum, eo magis plificatur. Itaque saepenumero multos per annos degunt, crure scroto vel brachio vel vulva hypertrophicis. Pront cuiusque corporis constitutionis ac valetudinis universalis ratio, in liberis norbo vacuis intervallis excellenti valetudinis utuntur prosperi-. Tumor ipse, ubicunque considit, tactu valde extensus duque sentitur, nec digitorum impressionem reservat, quoniam devatarum partium cuti nimia inest crassities atque densitas. Ceum hypertrophiam dolores aut concomitantur nulli aut quidem exigui, nec ulla alia ex intumescentia dira effluunt incommoda : motionis impedimenta, deinde (si malo implicita sunt organa italia) sexualium functionum exstinctio, denique atrocissima denatio ac depravatio.

Jam vero praeter magnam partis aegrotae accretionem et conentiam aliae quoque graviores et in cutis superficie et in cute rna ex malo proficiscuntur commutationes. Ac quidem Epinis omnibus paene locis incrassatur, induratur, rimis fissuris- divellitur, atque eius forma corrumpitur fissis ac ruptis, deinde erosis tumoribus, qui sunt ipsi sulcis inter sese discrepantes. vero, quae statu integro plicis praecellunt, locis, sicuti in artitionibus, quum propter telae cellulosae naturam illic laxiorem tioremque hypertrophia non adeo gravis possit eva- ut alibi, sulcos alte subductos contractosque reperimus. Tues illi tuberosi, de quibus jam supra erat sermo, habendi sunt pro massis pulverulentis fluido quodam purulento, quod cute bosa secernitur, inter se coarctatis, quales in regionibus tros Larrey cognovit; aut (id quod in plerosque casus adhibendum) vera quadam telae cutis cellulosae subcutaneae hypertrophia

existimandi, ideoque natura carnosa praediti. Obveniunt auter singulatim, expressa insignique forma, imprimis in cruribus, cut ipsius colore imbuti; nec obliviscendum, tuberes illos tunc demu apparere solitos, quum morbus jam diu hominem vexaverit atqu in altiorem gradum provectus sit. Tradunt quidem nonnulli aucto res, ex fissuris epidermidis rimisque illis fluidum facillime coag lans quoddam guttulis aliquis profluere, vel etiam nonnumquam effun di, ut pustulae nascantur pellucidae quae quum exsiccentur aut reso beantur, albidas relinquant cicatrices; quamquam in casibus nostris n jus rei nil licebat animadvertere. — Cutis color, decurrente sens morbo, obscuratur penitus, ac species eius sordita fit et immunda, pra sertim quum nonnullis locis lividorum instar laqueolorum venae per ceant. Crines capillique aut prorsus defluunt aut intra nodos t beresque accrescunt.

Multo autem gravior maiorisque momenti ille est processu qui hoc in morbo in cute interna subrepit, quique maximis grav simisque continetur morphologicis alterationibus. Subit enim t la cutis cellulosa ac subcutanea immutationes tales, ut applici Microscopio magnae singularum cellularum multudinis loco, qua exspectaverimus subortam, perparvum tantum numerum quide conspiciamus cellularum, verum cellularum hypertrophicarum. R ctius hic quispiam dixerit, sub singulis quibusque cellulis exagg ratis ceterarum summam suppressam quasi esse ac penitus deleta Comparent vero istae cellulae hypertrophicae parietibus non ra $^1/_2'''$ crassitudinis exstructae. Neque etiam normalem massam a posam continent, sed potius massae cuiusdam gelatinosae, su flavae. Simili ratione immutata est tela quae jacet inter muscul cellulosa, quae quidem modo lucida, modo turbata, modo fibrin aliqua materia se offert impletam. — Quod vero pertinet ad corii c o pus papillare, sub Microscopio hypertrophiae eius insignis atq eximiae nobis oblatum est spectaculum adeo grave ac significa ut diligentius uberiusque haec pars videatur pertractanda in d quisitione microscopica. Illuc igitur de hac re lectorem re gamus. —

Musculi ipsi processu illo pathologico graviter et crassiti volumine immutantur. Crassitie sua plerumque privantur ma

arte, degeneratione adiposa atque, tempore jam longiore pro-
c, atrophia afficiuntur.

Ossa hypertrophiam semper fere subeunt, condensata com-
a substantia. Siu autem in obductionibus hominum qui hoc
bo laborarunt, auctores aliquot invenerunt ossa emollita, tunc
um Cariem, ulceribus fortasse adductam, morbi nostri exstitisse
plicationem verisimile est.

Vasa sanguinis morbo dilatantur, parietes condensantur
rassitudine antecellunt. Praecipue venae latitudine quasi hiante
rtae sunt. — Vasa lymphatica, processu abnormi summo-
evoluta, ubi malum jam jam ad statum processerit provectio-
, volumine aspicientur sat magno. Parietes dilatantur atque
dum fluido explentur lacteo, quamquam est quoque ut ob-
antur et praecludantur.

Glandulae vero lymphaticae jam ineunte processu gra-
intumescere assolent: offerunt quidem massam quandam in-
ntam, densa tela conjunctiva cinctam atque circumdatam, qua
mae venae nonnumquam comprimuntur. Itaque, sicuti non-
iuntiant auctores, ganglia lymphatica subcutanea est ut vel
mbae ovulum crassitudine aequaverint. Quarum glandularum
haticarum cum depravatione in illis, qui correpti sunt Elephan-
, bubo chronicus acutusve arctissime cohaeret. Videmus
, morbi incursu pluries repetito, ex obstructione et obliteratione
dularum lymphaticarum sive regionis inguinalis sive axillaris
it pes vel Genitalia, aut brachium vel mammae Elephantiaseos
icilium) bubonem contumacissimum gravissimumque remanere,
espuat omnem dissolutionem. Talis quidem bubo, qui morbi
toma maximi momenti existimandus videtur, haud saepe do-
causatur, ac volumine par fere est gallinae ovulo. Dolorifi-
st tantummodo in gravi impetuum febrilium, qui antecedunt
um, intensitate, qua re etiam ut in suppurationem producatur
it.

De corporis locis, quae morbus libenter domici eligit:

Pro singulis quibusque corporis partibus varia est Elephan seos crebritas. — Saepissime enim occurrit morbus in Cruribus, quidem in altero tantum, perraro in utroque. Proxime acce Scrotum et Penis, nec minus Mammae, — ut paucis dicam, gen lia organa; denique, et quidem rarissime, Brachium atque Faci Duchassaing etiamsi nimis atque effuse affirmat, 100 casuum E phantiaseos 95 ad crus esse referendos, vixque 3 ex 100 cadere Scrotum, tamen licet pro certo habere, Crus eam corporis region esse, quae morbo creberrime lubentissimeque tentetur. Eve interdum, ut eodem tempore et Genitalia et Crus corripiantur itac corporis spatium valde diffusum malo sit affectum, quum rarissi tantum accidat, ut vel Penis solus vel Mammae modo laborent. que vero alienum a me puto, si morbum tam gravem in plerasq quibus insideat, corporis partes persecutus, speciatim ac pau accuratius pro singulis partibus depingam. —

1) Elephantiasis cruris: Quae hic progignitur proce morboso depravatio ac deformatio, brevi tempore est tanta, ut formarum harmonia vel symmetria jam nullus possit esse ser Tradunt auctores, regionem articulationis tibio-tarsalis prima pertrophia affici. Ampliore morbi decursu pedis interiores pa tentantur, ita quidem, ut pes trunci alicujus crassioris speciem duat, nec omnino pars ulla prominens vel surae quidquam apert sit. Profundiores formantur plicae potissimum in articulationib quod jam supra commemoravimus, phalangum, ab articulatic tibio-tarsalis latere anteriore, denique circa malleolorum et anteri et posteriora latera. Neque etiam plicae illae, si malum appe femur quoque, loco articulationis femoro-tibialis desunt, teste I chassaing,[1]) qui quidem etiam ibi, ubi M. M. gemellorum po carnosa s. musculosa cum tendinosa conjungitur, plicam obs vavit saepenumero alte contractam. Hypertrophia satis explic omne digitorum vestigium obtegitur atque evanescit.

---

1) Duchassaing, Etudes sur l'Eléphantiasis des Arabes et su Spiloplaxie (Archives générales de Médecine, Paris Ser. V, Tom. V. 18

2) Elephantiasis scroti et penis: Est hic tumor, e ·bo subortus, longe grandior ampliorque quam alibi, quando·iem hypertrophia hisce locis incredibili velocitate partes afficit ·eptasque amplificat, ita ut 60 librarum volumen liceat adipisci, amplius etiam. In diversis orbis terrarum partibus talia scrota tirpaverunt medici, sed in Europa perpauci tantum scroti et is affectionum casus in lucem hucusque prodierunt. Curling[1]) rrat exemplar quoddam admodum insigne et praeclarum Ele·ntiaseos Scroti et Praeputii penis, in priore aliquo morbi stadio isum, a Blizard chirurgorum collegio Londinii propositum ac ımissum esse. Porro Delacroix, ministrum regium Franco·licum, per quatuordecim annos affectione illa laborasse ac tumo·ı 32 librarum secum gestasse, donec operationem subiret, qua a reconvalesceret. Liston[2]) Edinburgae exstirpasse tumorem ne 45 librarum pondere, hominis duo et viginti annos nati, qui dem hodierno etiam die Londinii in Chirurgorum collegii Museo ıspiciendus. Delpech[3]) denique operatione curasse hominem annorum, Perpiniani ortum, cujus scrotum in massam 60 libra·ı francogallicarum ponderis esset transmutatum. — Duchas·ng[4]) prodit, aegrotum quendam, cujus Scrotum hypertrophicum ı usque ad suras descendisset, ad magni Suspensorii usum fuisse ıctum, quod humeros pro adminiculo habuisset. — Larrey émoires de Chirurgie militaire) se in Aegypto aliquot vidisse us commemorat, ubi tumor, 100 librarum et amplius, reliqui ·poris totius pondus superaverit ac, vel si in erecto aegrotus rit versatus statu, humum attigerit. Clot-Bey denique, ut ırrat Curling, exstirpavit tumorem ponderis 110 librarum, qui groti pedes quasi disjungebat quique commode sellae ad seden·m tenere poterat locum. —

Hac in Elephantiasi Scroti laxa organi tela cellulosa in telam ısiorem fibrosamque commutatur, quae infiltrata apparet massa

---

1) A Treatise of the Diseases of the Testes and the spermatic Cord ! the Scrotum.

2) Edinburgh. Medical and Surgical Journal, Vol. 19, pag. 566.

3) Clinique chirurg. de Montpellier.

4) Etudes sur l'Eléphantiasis des Arabes (Archives générales de Méde·, Paris, Ser. V, Tom. V, 1855)

quadam semifluida, quam Alcoholis vel acidorum vi licet ad co gulationem perducere. Cellulas se inquirendo inveniisse tradit Cu ling tam magnas, ut facile digiti apicem introduxerit. Quae cellu sensim condensatae, duras exhibent in substantia massas tumore que reddunt, si inciseris, adipe imbutum. Testes quum sint pos riorem massae partem versus abditi, raro tamen structura se mutati. Nec minus funiculus spermaticus integer solet appare praeterquam quod nonnullos digitos prolongatus est, quia testicu accrescente tumore detrahitur. Cremaster incrassatur, sangui vasa (art. pudend. ext., perinaei vasa) ampliora quam pro nor fiunt, venae praesertim varicosae. Admodum notandum est, regionibus tropicis haud raro utriusque lateris Hydrocelen exsta morbi complicationem. Scroto solo affecto penis quasi retrahit ita quidem, ut mox e conspectu recedat. Naviculare tunc cernit auctore Curling, in praeputii anteriore facie orificium. Penis particeps est hypertrophiae, utraque pars pari modo adauget Cutis interea, processu plane explicato, de inferiore abdominis pa descenderat, ita ut in superiore tumoris parte capilli pubici jace dispersi. Tumor totus quasi crasso quodam pediculo, qui inde a p bibus per Perinaeum totum porrigitur, affixus est corpori, ac form offert ovalem. Superficies ejus est iniqua, aspera, rimis immun squalidisque fissuris obtecta. Raro fluctuatio adest, vel pot indurata e scroto evasit massa molesque, quam cuivis lic radere, scabere, premere, rudi modo tractare, sensibilitate peni amissa. Observatio illa, quod aegroti, sublatis functionibus ge talibus, libidinosiores sunt atque impudici, facillime declaratu perpetua irritatione, qua tumor organa sexualia afficit. Quamqu nostro in casu (erat autem aeger homo robustiore ac valida nat nec amplius 21 annis natus), morbo degliscente, coëundi appeti minus erat auctus. —

3) Elephantiasis brachii: Hunc locum a morbo ra sime sedem eligi, cuncti conveniunt auctores.[1] In Europa bra Elephantiasin unquam esse observatam vix cognitum mihi est. que enim, nisi malum exstat endemicum, in hisce partibus ass

---

1) Duchassaing: L'on peut calculer, que sur mille cas d'Eléphantias peine s'en trouve-t-il un au bras.

adverti. Ac quidem introducitur gangliorum axillarium ob-
tione, quum in M. bicipis parte interiore tanquam durum ali-
n laqueum observemus qui loco suo nequaquam possit amoveri.
quidem laqueus traditur ab auctoribus de hac re disserentibus
ım quoddam esse pathognomonicum vasorum, quae ibi versan-
lymphaticorum intumescentiae. Primum vero invadit morbus
hium anterius dorsalemque manus faciem. Hic, aeque atque
ticulatione tibio-tarsica pedisque phalangibus, profundae esur-
plicae, praesertim in metacarpo et in singulorum di-
rum articulationibus.

4) Elephantiasis vulvae et mammarum: Non nimis
ro vulva affectione nostra impugnatur. Etenim Duchassaing,
uidem per totos octo annos in illis, ubi morbus est domesticus,
onibus incumbebat in ejus studium, et cujus indicia observatio-
ue summam merentur fiduciam, se nonnisi duos Elephantiaseos
ae casus cognovisse dicit,[1]) attamen profecto frequentius in
ctum venturam eam fuisse, nisi mulieres dubitarent, medici
ıum attendere in malum. — Verum, si haec corporis pars
oo affecta est, labia potissimum majora (rarius minora) ac prae-
ım clitoridis processu hypertrophico corrumpuntur. Admodum
bile est illud, quod enarrat Vidal (Traité de Pathologie externe),
in casu a sese observato labia majora tanta magnitudine insig-
esse, ut usque ad genua descenderent. Cutis praecipue labio-
praeputii, nympharum externa verucosam plus minusve nobis
t speciem. Alibi contra, imprimis posteriore in facie, eminen-
nodosae, Perinaeum versus decurrentes, apparent.

Elephantiasis mammarum in universum saepius est reperta.
mae quidem maxime graviditatis atque lactationis periodo,
pe quae tunc summa in industria effectuque versentur, morbo
xiae sunt, quamquam est quoque ut puellae afficiantur. Fit
m hic tela cellulosa laxior, quae uberrima organis illis inest,
rtrophica, ita quidem, ut mammae amplificatae solutius quasi
dant.

1) La rareté de la maladie à la vulve n'est peut-être qu'apparente, beau-
de femmes n'aimant pas à faire connaître, qu'elles ont de telles infirmi-
(Etudes sur l'Eléphantiasis des Arabes.)

Aetiologia.

a) Aetas utpote momentum quod reddat homines pr nos ad morbum: Arabum Elephantiasis est morbus, quo pueri aetas (nempe anni ante pubertatem) aeque ac senectus sunt exemta Quum ante duodecimum vitae annum nunquam fere appareat, pube tatis tempore, juvenili ac maturiore aetate, eo frequentior videtu Perraro tantum post quadragesimum quintum animadvertitur annu Senes enim, qui usque ad senectam malo fuerint liberati, omni non vexari per vitam suam nuntiant auctores.

b) Sexus et species humana: Constat morbum crebrius mar adoriri quam feminas, idcirco quidem, quod illi facilius sese of runt contentionibus virium, libidinibus, variae temperiei, deniq aliis rebus, quae citius evolvendo malo eximia afferunt auxili Nihilo secius, quum in terris, ubi endemicum est malum, femin non tam raro laborent, saepissime dissimulant atque occulta ac — diligentissima cura, quominus ultro progrediatur, stude prohibere. Quod vero attinet ad speciem, malum Aethiopes qua quam quasi amore quodam pertentat, tamen hominibus albis mini parcit tropicas illas terras accolentibus. Morbum in Aethiopib frequentius erumpere facile ex eo intelligitur, quod illi accommod tam et curam et diaetam sequi nequeunt, quum Europaei sum cura diligentiaque corpora foveant atque colant ita, ut malum e demum aggrediatur, quum jam diuturnius illic vixerint.

c) Hereditas: Congruunt omnes, quicunque vel pauxill artem suam in Antillis exercuerunt medici, quod indoles heredita non est neganda. Multo enim major eorum, qui ex aegrotis pare tibus sunt orti, liberorum copia invenitur morbo correpta quam ex integris. Contagium vero, id quod ex accuratis elucet obs vationibus, Elephantiasi inest nullum.

d) Res quae influunt locales, et nutritionis rati In medicorum scriptis quum diversissima ac plurima momenta veniamus, quibus vis aliqua et effectus in morbum adjuvand excolendumque attributa sit, profecto, quid primum, quid ultim commemoratu dignum, sumus incerti. Atqui subtiliore explo tione judicabimus plerisque rebus ab auctoribus allatis par inesse pretii, quam ut diligentius a nobis exponantur. Illustrem

ar, copiosiori supersedentes explorationi, res causasque accusa- perpaucis verbis. Itaque alii quidem rati sunt, magnam ali- m vim ad procreandam morbum habere consuetudinem homi- in Indiae Occidentalis Colonias habitantium, antequam cubitum t, pedes frigida aqua lavandi, quoniam hos ipsos tam crebro lum invadat; alii opinantur, morbum balneo marino, quo homines isspirationis statu cutis loti sint, erupisse. Sunt etiam qui ecta quaedam domestica habeant pro mali causis, prae ceteris icem penetrantem, inter pedis digitos lubentissime insidentem ue assidua cutis vasorum irritatione morbum ipsum progignen- ı. Quam suspicationem optime ea refutari censemus re, quod s locis, ubi deest periculosum illud insectum, Elephantiasis non ius explicatur quam in his. Duabus vero aliis causis malum omodo suboriatur omnino non patet, quum illae quidem fortasse nonnullos aegros possint pertinere, verum minime ad universam ninum sub illis terris morbo correptorum copiam adhiberi. —

Qui vero antea supposuerunt Elephantiaseos in Barbado ula subortum ac crebritatem ex propriis quibusdam rebus loca- ıs pendere, illi auctores jam pridem discesserunt ab hac erronea nione, quum observassent, etiam per reliquas insulas, omnino alia loca, morbum non minore saevitia divulgatum esse quam , atque insulas, ubi paucis decenniis ante nequaquam ille inno- sset, subito esse oppressas (Titley). Constat igitur neque coeli iperiei discrepantiam ullam neque proprias vestimentorum nutri- ntorumve conditiones aliquas pro morbi caussis censendas: an, opulentior fortunatiorque incolarum pars, quibus non opus est incommodis illis offerantur, tam frequenter diro tentatur morbo?

Ut breviter etiam perstringam illud, vel carnem porcinam ad rbi gravissimi aetiologiam relatam esse legimus. Quasi vero et braeis et Islamicis illarum regionum incolis, ubi malum est ende- um, ideo a morbo pepercitum fuerit, quod omnino a carne por- a vescenda abstineant! An forte quis existimet, Aethiopibus, s maxime aggreditur malum, tantam ciborum carnosorum sup- iitari massam, cui possit vis quaedam atque valor in producen- n morbum attribui?

Majoris contra momenti alicujus esse nobis videtur illud, quod ineunte commentatione attulimus. Est enim observatio a prae-

clarissimo medico, Dr. Duchassaing, prolata, longe rarius mor
bum aspici sub illis regionibus, quae strenuo speciosaque praece
lant vegetatione ac quibus recentiore aqua fontana provisum si
quam sub talibus, ubi parca ac misera exstet vegetatio, parum lig
montiumque, et ubi habitantibus non nisi aquam pluvii, vasis re
ceptam, vel etiam aquam paludosam licet bibere. Experientia su
excellentissima medicus ille usque eo pervenit, ut statueret summ
cautione, inter 100 Elephantiasi laborantes $^{9}/_{10}$ degere in terri
quae aqua fontana plane careant. Ipse aquas paludosas piscina
rumque accuratiori subjecit quidem perscrutationi, nec tamen quid
quam notabile inde potuit depromere, in quo ad morbi caussan
eruendam inniteretur. —

Haud multo laetiora sunt quae hucusque pathologi ad aetiolo
giam illustrandam explanandamque effecerunt, quamvis subtilissim
vel cadavera hominum raro morbo affectorum vel singulas corpori
partes correptas atque exstirpatas exploraverint. Etsi enim magi
magisque factum est manifestum, ex quo potissimum systemat
organismi morbus ipse esurgat atque amplius evolvatur, etsi porr
jam satis lucide constitutum est, quali in cutis alteratione processu
pathologico-morphologicus ponendus sit, — tamen illa nondu
soluta est quaestio: Quibus de caussis potest fieri, ut duo imprimi
corporis systemata gravissima, cutis et vasorum lymphaticorum
tantas tamque notabiles subeant immutationes?

Jam e longiore tempore Arabum Elephantiaseos cum vaso
rum systemate cohaerentiam intimam statuere permulti studue
runt medici. Complures anatomistae, praecipue Henle, malun
repetierunt ex circulationis venosae turbatione, adducta per oblite
rationem venarum. Ad quam opinionem verisimile est ut impul
sint eo, quod in obductionibus vasa venosa passim coagulatis qu
busdam particulis obstructa conspexerint. Recentiore tempor
Bouillaud quoque censuit, morbi caussam ad vasorum venos
rum affectionem quandam graviorem esse referendam, nec habu
certi quidquam, quo sententiam suam firmaret.

Idem fere sentit Wise,[1]) qui quum per longius tempus mo
bum in Bengalia observaverit, Phlebitide illum ortum esse affirm

---

1) Transactions of Medical and Physical Society of Calcutta.

oleque propemodum Phlegmasiae albae dolentis simili desig-
i. Quamquam omnes istae opiniones usque ad hodiernum diem
nfirmatione egent ac comprobatione. Ostenderunt enim et obdu-
ones permultae et recens excisarum partium perscrutationes,
nas arteriasque hominum morbo oppressorum non modo non
nper obstructas, praeclusas, coarctatas apparuisse, verum etiam
rumque dilatatas; neque etiam si nonnunquam perparva fibrini
ngula in una forte vel altera vena detexeris, probatum ideo est,
tuere Phlebitidem quae majore gradu fuerit explicata. Gra-
simum vero, quod Phlebitidem et Arteritidem pro causis morbi
ponentibus possimus objicere, illud est, quod ineuntis Elephan-
seos nulla omnino est similitudo neque affinitas symptomatis
lebitidis, quae quidem eximie sint expressa. Jam vero Hendy
ui medicus in Barbado insula ipsa artem exercebat observationi-
sque de morbo nostro diligenter factis summopere meruit) et
ard fieri omnino non posse bene intellexerunt, ut causa morbi
etatur ex sanguinis vasorum systemate. Itaque animum induxe-
nt medici, quae esset vasorum lymphaticorum glandularumque in
lvendo morbo ratio, intentius explorare, quo studio paullatim
ectionis vasorum lymphaticorum in morbo processus in lucem
latus est hic: Exorditur processus acuta Lymphangitide, unde
rbosa vasorum lymphaticorum dilatatio proficiscitur, conjuncta
n parietum relaxatione. Hoc statu eorum facultas fluida per te-
n cellulosam effusa absorbendi sensim sensimque perditur.
mpha igitur, non resorpta, remanet in tela, nec, nisi vasa lym-
atica pristinam recuperaverint facultatem, inde amovetur absor-
one. Sed ea lympha, ut ajunt auctores, non tota, verum ex parte
tum fuit resorpta, quapropter illa, quamvis perexigua, jam post
mum morbi incursum observata hypertrophia relinquitur. Qua
dem mox exstincta, pars exaggerata assolet ad priorem redigi
mam. Non autem, posteaquam jam nonnulli mali impetus inva-
unt aegrotum, eadem remanent symptomata. Etenim structura
orum lymphaticorum normalis atque solita, renovantibus sese
phantiaseos invasionibus, profundiori graviorique committitur
rationi. Vasa enim ipsa etiam atque etiam adeo corrumpuntur
depravantur, ut omnino eorum functiones in organismo restitui
recuperari non possint; sunt igitur fluidis absorbendis non jam

idonea. Sed quum venae quoque non satis valeant ad semovenda lympham, illa telam in conjunctivam necesse est transsudetur, it que auctores contendunt, ex lympha irresorpta fibrarum cellul rumque novarum massam formari, quibus fundamentum substr. hypertrophici contineatur. Quo fundamento evoluto processu citius atque impeditius procrescere, intumescentibus pedetenti glandulis quoque lymphaticis. — —

Est profecto haec processus pathologoci explicatio simple sincera, in rerum natura posita. Sed ipsi severius nos interrog mus: Potestne Lymphangitis talis repetita maximas atque exqui tissimas in toto cutis systemate commutationes illas revera proc are? Etiamsi minime volumus in dubium revocare, quin sympt mata inflammatoria (febris etc.), deinde striae illae subrubr secundum vasa lymphatica decurrentes, denique inguinalium axillarium glandularum tumores plerisque in casibus conspic demonstrent, processum sane Lymphangitide acuta introdu attamen his ipsis rebus solis quomodo declaraturi sumus certa qua fide ingentem ac miram cutis telarum hypertrophiam atq condensationem, quacum nobis hic est negotium? Exstant quid casus non adeo rari, ubi in glandularum axillarium carcinomat degeneratione scirrhus vasa lymphatica finitima adeo obstru clausitque, ut inde subcutanea brachii tela cellulosa graviter pertrophica facta sit brachiumque illius lateris valde intumue sed nunquam Pachydermia talis naturae indolisque illis in casil inventa est, qualis occurrit in morbo nostro. Diligentius igitur r intuentibus apertum erit, quamquam certo e Lymphangitide p cessus exordium suum promat, tamen nec vim illam, quam va rum illorum depravatio in universam partis cutem exhibeat, etiam totius morphologicae alterationis in cute rationem causa satis dilucide omnibus, quae huc pertineant, argumentis esse i stratas. Dubitandum igitur non est, quin aliae etiam gravic adsint res, quas nemo hucusque enucleaverit.

Decursus morbi ac Prognosis.[1])

Decursus mali, semper fere chronicus, crebris exacerbationibus crebroque symptomàtum incremento significatur. Rarius tantum sponte intrat reconvalescentia, contra, si tumor nondum usque ad immodicam pervenerit amplitudinem, exstirpatione saepe adducitur. Quamvis non nimis molestum, malum plerumque tamen, quoad vixerint aegroti, perdurabit. Letale fit aut corporis virium exhaustione, ex multis febrilibus invasionibus orta, aut abscessibus vel gangraena, quae in saevissimis morbi formis exsistere possunt. E tumoris ipsius magnitudine moleque mors ut exierit, perraro tantum evenit. Sed, ut unum afferam exemplum, Hendy [2]) enarrat, Aethiopem quendam, cujus scrotum (= 6′ ambitus) coepisset decrescere atque emori, ipsum quasi emortuum sensim esse. — Prognosis igitur omnino dubia, si non mala est. Quum etiam hic, sicut ubique, corporis affectio aegrotorum, diaeta atque cura plurimum valeant ad lenienda sublevandaque symptomata, malum ipsum semper est difficillimum.

Therapia.

In ejusmodi morbo, cujus et aetiologicae rationes magna adhuc ex parte tenebris obrutae sint, et qui in tam impeditis cutis systematis alterationibus collocetur, rationalis quaedam ac certa Therapia ut instituatur, fieri omnino non potest. Itaque omnium aetatum medici ad symptomaticam, ubi necessitas poposcerit, curam animos intendebant. Tametsi vero per tantum temporis spatium remediorum copia illorum exhauriebatur, quorum sperabant usum internum prospero coronatum iri successu. Huc pertinent

1) Diagnosi morbi pertractandae supersedere me posse ratus sum, quia indicia externa Elephantiaseos tam sunt manifesta, solida ac firmissima, tumoris natura amplissimusque ambitus ita designantes, ut malum omnino cum illo alio permisceri nequeat.

2) A Vindication of the Facts and Opinions contained in a Treatise on the Glandular Disease of Barbados, p. 117.

quidem: Kal. jodat., Arsenicum (jam ex antiquissimis aetatil valde usitatum), Praeparata Mercurialia, denique Jod. p rum, quibus omnibus remediis, utpote alterantibus, universa corpo nutritio et assimilatio ut penitus immutarentur exspectabant med Sed iidem auctores sese plus minusve istis remediis disertos stitutosque esse produnt, nec dubium, quin tunc demum spem n stram in certiore aliqua therapia collocare liceat, quum de aet logicis mali rebus accuratius fuerimus edocti. Antiphlogistic aeque ac purgatorium apparatum universum saepissime tentari medicis, vix opus est memoratu. Neque vero negandum, si me cus morbum in stadio satis maturo ad prohibenda incrementa perit, multum saepe profuisse effectus locales. Itaque hirudin cucurbitae et cataplasmata, conjuncta cum aegri membri accomm dato situ, compressionis tentamina methodicae (hanc vero non qualibet morbi forma licet adhibere, sicuti minime in Elephanti scroti), denique scarificationes est ut mediocrem quidem h beant successum. Forsan ex arteriarum ligatura, hucusque unquam tentata, major in morbi curam fructus aliquando redu daverit.

Cultrum vero plerisque in casibus efficacissimum fuisse ac f cissimos inde exiisse eventus, res est omnibus cognita. Tali mo tum pes, tum organa genitalia exstirpabantur.

Operatione ipsa quum emollitionem facilitatemque (Nachgieb werden) telae duritiem tabulae quandam offerentis effici const permulti chirurgi medicique susceperunt illam, inter quos non nandi prae ceteris Liston, Delpech, Titley, Delonne Clot-Bey. Nec vero minus jam veteres secando operabant cultroque partiales instituebant excisiones. Mirabile videt quod bene jam sciverint illi, operationibus plasticis tran plantari posse cutis partes, id quod elucet ex aliquot ve rum scriptorum annotationibus. Recentiore tempore Dieffe bach excisiones trianguliformes perfecit, et ex scroto depromt (Eleph. scroti), et ex facie (Eleph. faciei). Quae quidem emana pericula ex operatione, reducenda sunt in amplitudinem atque i gentem tumoris ambitum. Legimus in quavis fere exstirpation sive cruris, sive scroti, nimiam effluxisse sanguinis copiam, un aegroti, viribus exhausti, non tam raro perierint. Homines int

erationem exorta haemorrhagia graviore ut decesserint, rarissie accidit, sed scriptores Anglici (Titley, Goodeve) tradunt, nonnquam aegrotum amisisse plus 40 unciis sanguinis, ac paullo ost operationem obiisse.

Crus si est membrum affectum, propter vastissimum partis amtum atque extensionem, operandi velocitas atque dexteritas prinpales sunt conditiones. Tractus enim vasorum, quae culter chiirgi incidit ac dissecat, nimis sunt ampli, ac singularia vascula, edico operanti occurentia, sanguinem pro se quodque effundunt, a ut, quo diutius in secando versatus fuerit medicus, eo magis tienda sint vitae pericula, ex amissione sanguinis nimia suborta.

Genitalia si contra partes correptae sunt, propria ac certa uadam ratione operandi negotium peragendum est. Methodum oc in casu secandi accuratius descripsimus sub Historiae morbi rimae finem.

Historiae morbi:

I. Elephantiasis Scroti et Penis.

Anton Mausch, operarius, unum et viginti annos natus, e Wildchütz qui est pagus prope Oels, constitutione sat valida ac firma, tatura quadrata, die XXIII Mens. Novbr. anni praeterlapsi Poliinici nostri chirurgici auxilium petiit. Aegrotus tumorem scroti inc temporis nobis exhibuit quinque ferme librarum ac magnituine crassioris infantis capitis, ita ut fere medium attingeret crus, t inde a medio Monte Veneris usque ad infimum Scrotum longiido octo digitorum esset. Circuitus totius scroti aliquanto plus rat duodecim digitorum. Penis longitudinem quatuor digitorum, titudinem periphericam sex digitorum praebuit. Quod attinet ad item partium morbo affectarum, magna durities memorabilis est, summi ad diagnosin momenti apparent rugae illae rimaeque proindae nec minus nodi ampliores, sub quibus plane evanuerat Glans enis. Inter eminentias istas sordidae ac fuscae epidermidis pars quaedam accumulatae sunt aeque atque in rugis nodisque, quae uidem corticum habeant speciem. Cutis ipsa sat dolorifica et aeotus, quasi scrotum corpore studeat divelli, sentit. Nec etiam

crura non intumuerant, ac magnis epidermidis incrementis dej
sitisqse erant obtecta. Febris aderat nulla, respiratio integ
Aegrotus diligentius perquisitus et priorem valetudinis rationem
gatus, se nullo unquam graviore morbo ajebat laborasse, nisi qu
ante unum fere annum Gonorrhoea non levi affectus fuisset. I
currente hoc morbo animadvertebat intumescentiam levem quand
penis, quae etiam atque etiam accreverat, ipsa gonorrhoea sens
cessante. Novissimis quoque temporibus interdum muci aliqua
tulum ex urethra emanasse narrabat. Interea partes, primo pen
tum scrotum, ingentem in modum coeperant amplificari, ita, ut h
die tam insignem hypertrophiae ostenderent imaginem. Suspe
sorio numquam usus est aegrotus: denique in dextra regione i
guinali observatur cicatrix, quae certo ex bubone aliquo exstiter

Cura instituta erat haec: Interne adhibebatur Kalium jod
tum (ob dyscrasiae syphiliticae suspicionem), extrinsecus utebat
aegrotus satis longum tempus fascia compressoria emplas
adhaesivi ope, qua exsudati gravissimi resorptio adjuvaretur. I
que illam fasciam perpetuo unum mensem portabat homo. Tum
etsi ab initio nequaquam extenuabatur atque adeo usque ad ing
nalem regionem proserpturus esse videbatur, ita quidem, ut
Middeldorpt nihil aliud censeret reliquum esse nisi ut partiales
stituerentur excisiones, ad postremum tamen mollior ac paullo eti
tenuior evasit. Ac jam magna Kalii jodati efficacitati coepta
fiducia haberi, quum postquam per hiemem molestiae illae mo
evanuerunt, modo increverunt, horribilem in modum ex scroto
utramque deorsum extremitatem inferiorem paullatim transgred
batur, idque ita, ut homo miserrimus Maji a. c. mense exeunte
paene pedes movere posset, quippe qui glebarum instar insensi
lium intumuissent et tabularum quandam duritiam accepisse
Paullo post quum illa pedum intumescentia inde se recepiss
scroti tamen tumor nihil est immutatus. Hisce conditionibus p
positis gravissima apparuit indicatio ingrediendae methodi ope
tivae (per galvanocausticen), atque aegrotus Quintilis mensis ini
in nosocomium O. S. est receptus. Die operationis faciendae pr
ter exspectationem et Scroti et Penis infiltratum apparuit serosu
quum durities ac rigorositas prorsus evanuissent, idque ea
caussa factum verisimile est, quia per diuturniorem situm dorsal

peraemia ex partibus affectis concesserat. — Operatio ipsa per thodum galvanocaustiam salutarissimam illam atque efficacissim instituta est hoc modo:

Operator, ne fibrosa corporum Penis caversonorum tegumina deret, inde a Praeputio in altitudinem profectus, Penem discidit, turas laterales et in dextrum et in laevum fecit, idque ita ut tua vaginalis communis tamquam vestis exueretur cautissime, quom semper erat metuendum, ne aut Glans penis, aut Corpora canosa, aut Funiculus spermaticus aut etiam Testiculi praestringetur ac violarentur. Brevi tempore post, sub strenuissima dexrimaque viri operantis manu Glans penis, quasi sepulta antea ac ifossa, magis magisque inspectantibus nobis iisdemque admiranıs prodibat in lucem. Quo facto funiculum spermaticum, vi tempore perscrutatus, manu firmiter est amplexus reliquas quae circa illum jacerent partes sejunxit. Simili modo testem umque, jam jam solutiorem factum, integumentis crassioribus it quasi ac liberavit. Tali igitur ratione quum partes iis quae umjacebant tanquam essent exutae ac decorticatae, speciemque m proferrent integram, summa cura prospiciebat operator, ut, e ex finitimis abdominis regionibus attracta (quae quidem est llior, ad extendandum facilior) quasi plicis involveret cingeretque ndem penis et Testiculos. Ita Glans penis quasi mitella quan praedita est. Cutis igitur particulis illis sutura nodosa inter affixis atque adjunctis exspectandum videtur, assiduo et alacriore nulationis processu, saniorem integramque Tunicam vaginalem comnem recens formatum iri. — Methodum quidem galvanocausticam Middeldorpf hic delegit ideo, quod illam ea habet praestann, ut, quum partes depravatae excisae remotaeque fuerint, conim etiam vasorum lumina vi atque efficacia ignis, qui quidem in casus cauterium est excellentissimum, claudantur. Neque ur, quoniam methodo galvanocaustica cultri celeritas alatasque cum Ferri candentis vi cauteria consociantur, s est tanta virium contentione, quantam subibat inter alios Delch, qui, incisuris factis, celeriter statim promptaque manu aggreetur necesse erat ad lumina vasorum graviorum ac majorum in Scroto et Pene accumulatorum ac densissime diffusorum Ferro

cand. adurenda, quo lento processu multum quoque temporis praet
lapsum esse patet.

Aegrotus quidem primo post operationem gravissimam (18. Jun.) haud malo versatur in statu. Febris quamquam r est negligenda. Metuendum videtur, ne funiculi spermatici ac p tium circumjacentium qua inflammatio intret. Lotum est vul quotidie Chloreto, deinde involutum linteolo quod oleo erat in ctum. Nec non Opii tinctura adhibita externe. Quo melior fie granulatio, Arg. nitrico erosae sunt partes. Paullo post aeger batur compressa tali, quam vocant „Löchercompresse", Aq. pyreumatica irrigata. — Nocte $^{22}/_{23}$ Jun. frigoris impetus inv aegrotum, tres fere horas perdurans. Suppeditabantur ei: C ninum sulph., et Saturat. commun. ℥vj cum Aeth. acet. ℈jj. Al incommodum post operationem non subveniebat. — Extremo te pore nihil extrinsecus nisi Ung. consumens adhibebatur, inte aliquot Ferri lact. pulveres. Interea suturarum factarum fila so tiora jam jam evadebant atque extrahebantur: tela conjunctiva q est natura depravata, dissolvitur ac detruditur paullatim, sanior que emergunt granulationes, donec aeger, novis organorum gen lium integumentis recens formatis, die 25. Augusti mensis sa dimissus est.

II. Elephantiasis Labiorum et praeputii Peni

Christiane Kobelt, ancilla, sex et viginti annos n 30. mens. April. a. p. in Nosoc. O. S. recepta est, efflagitans, tumore liberaretur, qui ipsi multas afferret molestias, quum e eundo impediretur et doloribus vexaretur. — Femina, sat a mica, faciei talem praebuit indolem, ut facile conjiceres, jam mul eam laborasse. Exploratio statim facta est et aegrota situ do in lecto obliquo posita. Tumor inde in apertum prodiit amplio quam infantis capitis est, ambitus, ac quidem dependebat inter bia minora, prope ad commissuram anteriorem. Amplitudine Pronai vaginae partem aliquam obtegebat. Orificii urethrae r graviter apparebat exulcerata ac tecta secreto quodam foetidi ris. Nympha utraque hypertrophica. Porro tumor conspe obtulit speciem lobularem, atque in superficie et vastiores et m

condensationes eminentiasque verucosas. Ceterum tactu haud dolorificus, durissimus vero apparet lapidis instar. Insidebat em pediculo sat lato, creberrimis ulceribus sordidis circumdato. toris quidem ex aspectu penitus evanuerat.

Ex situ tumoris anatomico facile videbatur concludendum, n inde a clitoride ejusque praeputio originem duxisse. Qui quin tumor, aegrota ipsa enarrante, ex duobus annis subortus, que ad huncce ambitum accreverat. Ipsa septimo demum et deno anno menstruata erat, semper fluore albo laboraverat, qui silac tumor exstitit, graviter coeptus est augeri. Femina nunquam e ait coitum subiisse, nunquam syphilide affectam fuisse. Nec urinando nec in defaecando adsunt dolores, contra in movendo ire suboriuntur et in dorso et in regione lumbari. Operatio et nstituta et peracta est die 26. Maj., atque illa quoque, posteaquam grota Chloroformyli ope anaesthetica facta est, per methodum galnocausticam instituta. Paullo amplius durabat horae dimidio. trumenta quidem adhibebantur ea, quae appellantur „Schneidelinge" et „Porzellanbrenner." Illo instrumento tumor arreptus , astrictus, tunc calefactus ac lente contractus est, donec totus ciderit. Unum vas tantum sanguinis aliquantum emittebat, cujus landi causa operator summa alacritate utebatur „Porzellanbren-." Facta operatione facies vulnerata linteolo concerpto obtecta, hetere immisso, atque totum vulnus T = fascia involutum est.

Disquisitio microscopica.

. Praeparatum Elephantiaseos scroti et penis.

alis fuerit anatomico - pathologicus locorum affectorum status:

Descriptio partium depravatarum, quantum attinet ad externa:

1) Superficies externa, habita etiam ponderis ratione.

1) De locorum dissectorum natura.

De partium structura et textura:

(Ad structuram partium accuratius investigandam formaliumque

elementorum in illis exsistentium texturam tumor ex pa
massa rubra injectus, partimque quo subtilior evadat c
quisitio exsiccatus est.)

α) Epidermis, habita, qualis proportio intercedat
ter stratum Malpighii et corneum, ratione.

β) Substratum, vel quod dicitur Corium, respe
et papillarum formatione, et stromate e tela conj
tiva composito, et situs ratione elasticarum quae
illo insunt fibrarum, glandularum, musculorum, n
vorum, vasorum etc.

De textura haec imprimis sunt observata:

α) Epidermidis epithelia: cellulae et strati Ma
et cornei.

β) Natura substantiae conjunctivae strom
papillisque adnexae et formalium eleme
torum histologicorum, quae apparent
musculis, glandulis etc.

C. Comparatio cutis Elephantiasi immutatae c
sana, accedente conclusione, quales morpholo
carum in cute rerum sanarum alterationes e mor
sint exortae. —

Externa cutis superficies partium exstirpatarum (sc
et penis), quarum pondus est duarum librarum et dimidiae, in
mis distincta est verucis juxta appositis, quarum est latitud
diameter pertinens inde a $^1/_2$ Millim. usque ad vel quatuor Mill
ita quidem ut omnia quae intersunt spatia contineantur. Quae
rucae densissime praecipue inveniuntur a lateribus et inferiore
nis parte; sunt quaedam etiam in Rhapha insidentes. Haec qui
laquei forma prodit, iniqua superficie praedita. Nonnullae veru
aliquanto super ceteras eminent. In scroto eaedem verucae
in inferiore parte, imprimis item circa Rhapham occurrentes.
autem pars, ubi scrotum adjungitur cruribus, plana est habe
perpaucas eminentias et verucas. Verucae quidem ab infe
scroti latere ordinantur in series parallelas, fine interiore magis
nem versus vergente, ita quidem ut series illae cum Rhapha spe

aebeant pennatam. Rhaphe paullatim crescit in partem posterio-m, usque ad 16 Millim. Adversus perinaeum quidem applanatur toto sensim occultatur. Sub hac regione etiam verucae aeter normam diffusae, et supra lateralem superficiem et pra lineam medianam. In Perinaeo ipso celeriter decrescunt et cutem admodum rugosam convertuntur. Ceterum terminus inter rumque satis clare perspicitur. Quo in termino rursus apparet haphe veruca una prominentissima octoque Millim. lata, in quam stea Rhaphe normalis Perinaei transit. In dorso Penis verucae nt tenues ac minutae, qui quidem cutis locus adversus inferiorem perficiem et Praeputium linea satis manifesto significata termina-tur, item inde a Penis dorso curvata cum arcu retroversus pa-nte, atque adversus Rhapham in radice Penis subducta. Passim am occurrunt paucae verucae, 1—3 Millim. supra reliquas elatae. ter scroti cutem et penis reperitur particula quaedam cutis, $^3/_4$' aititudinem evergens, item rugosa ac verucis carens, quae est sita er cutem scrotalem et penalem in ipsa regione plicata. Praepu-m vero penis, quod habet grossitudinem 15''', (Scrotum dissectum 1 $^1/_2$ — 2'') verucas neque in externa neque in interna superficie hibet. —

De partium Structura et Textura:

Ad structuram partium et eorum quae inerant in iilis elemen-rum formalium texturam accuratius perquirendam tumor partim bra massa injectus, pars, quo subtilior evaderet disquisitio, siccata est. Ac frustula quidem exsiccata in primis sunt investi-a, ut diligentiorem de Epidermidis et Substrati structura cogni-nem percipian:s, praesertim quum in statu siccato papillae ad-dum dilucide appareant. Aliquanto etiam intentius eas regiones scrutabamur, ubi et sanae et aegrotae cutis partes convenirent, irregularium partium formationem morphologicam inquisituri. factum est et in scroti et in penis cognitione.

1) De Structurae ratione:

) Epidermis: In describenda Epidermide atque inter integram affectam penitus distinguenda illud nobis fuit gravissimum, ut, alis intercederet inter Rete Malp. et stratum corneum ratio, in-

veniremus. Atque perspicua apertaque linea terminata inter d illa Epidermidis strata ubique et in omnibus secturis, undecunc proveniebant, demonstrabatur; apparebat autem tum recta, tum u dulata, eaque modo altius erecta, modo humilius delapsa, sicut scribit Kölliker. In universum licet confirmare, stratum Malpig mucosum aliquanto crassius inventum esse corneo, atque ita q dem ut, quam stratum mucosum crassius esset, stratum corne saepe prope totum e conspectu auferretur, idque omnino nusqu aliter ac subtilissimum et tenuissimum appareret. Sed statim initis nobis manifestum erat, quae esset dimensionum inter duo Epidermidis strata ratio, eam non ampliorem vim habere ad cru das alterationes morphologicas, quibuscum hic de quo agimus m bus cohaeret, si quidem integro quoque statu quaedam exstant c poris partes, in quarum Epidermide Stratum Malpighii semper cr sius est corneo[1]).

Quas inter partes referendus est etiam universus masculor genitalium apparatus, partimque etiam feminina. Illud tamen m tione dignum videtur, quum in omnibus omnino secturis strat mucosum crassitudine corneum aut certe aequaret aut etiam supe ret, nunquam tamen contrarium observatum esse.

Cornei strati crassitudo, ad papillarum basin emen mirum quantum discrepabat. Maxima fuit in morboso Pr putio clitoridis, ubi plus $^1/_5$''' prodiit. In ceteris partibus strat corneum apparebat aut tenuissimum (minus etiam $^1/_{20}$'''), aut cr sius etiam quam $^1/_5$'''. Qua in re modus non ea qua optandum certitudine indicari potest, quoniam stratum corneum constat eti integro statu dimensiones admodum varias exhibere. —

β) Substratum, vel quod vocatur Corium: In eo nobis currit in primis illud quod est in corporis papillaris formati proprium et notabile. Papillae enim, gravissima exteri, quod E dermidem attingit, corii strati pars, sunt eminentiae parvae, flex les, sed tamen firmiore natura praeditae, quae extero corii str insidentes, interdum in complures apices decurrunt. Forma ea varia: in disquisitione nostra, qua certe maximam partem hypertrop

---

1) vid. Kölliker: Handbuch der Gewebelehre, § 44.

...llaris [1]) amplissima apparebat, conos perhibent praeobtusos ...s subrotundis, finem versus vacuum haud multum imminutae. ...singulas papillas insurgebat vasis laqueolus, qui in praeparato ...ra massa injecto perspicue cernebatur; in regionibus longe plu-...is crassissimum stratum Malpighii, quod erat altero tanto cras-... corneo, reperiebatur. Et quanquam papillae in universum su-... liberae faciei gradum extolluntur, totum tamen ostendit super-...em fere normalem, praeterquam quod in earum dispositionis ...ruppirung) ratione magnum jam occurrit discrimen inter transi-...num loca et Rhapham. Quum enim in transitionibus papillae le-...r et cum parvis papillulis secundariis ascendant, eae contra quae ...t ad Rhapham, admodum manifesto ac tanquam valli instar ef-...ntur, donec tum quum descenderunt, papillae iterum ea qua as-...et forma perspiciuntur. Atque in universum quidem discrimen ...ud quod interest inter integrae cutis et corruptae ...pillas, duplex fere apparet, hoc modo:

1) Papillarum in integra cute decursus ubique est aequa-...s, nisi interdum aliquot papillulae secundariae confunduntur ...n primariis; insident autem in basi omnino pari ac latissima, et ...ies numquam fit irregularis, immo ubique insident papillae cum ...ticibus in superficie aequabili. Contraria ratio cernitur in ae-...otis cutis partibus, ubi dispositio (Gruppirung) omnino est ...equabilis, superficies numquam plana aut aequabilis.

2) In cute integra in iis, de quibus potissimum agimus, lo-... raro papillae cum tam insigni ac propria formatione verticosa ...ppenförmig) decurrunt, ut in illis aegrotis cutis par-...us. —

Singulae secturae, ex variis disquisitae locis, in-...caverunt haec: Perinaeum versus, scilicet in ejus finibus ...ra lineam definitam sitis, rete Malpighii occurrit plena coloratione ...gra strati profundissimi insignitum. Papillae in eo ostenduntur ...ssiores in universum quam pro norma, sed ordinatio tamen at-

---

1) cf. numerorum rationes: In scroto integro prodiit crassi-...o corporis papillaris = $\frac{7}{80}$ ''' in pene integra = $\frac{6}{80}$ ''' vel paullo am-...us. In scroto affecto fuit = $\frac{1}{2}$ Millim.; in pene item aegroto etiam ...que ad 1 Millim.

que ascensio in facie non est admodum immutatata, tametsi fin
earum verticosi satis frequenter in conspectum offeruntur.

Deinde subito apparuit quaedam commutatio et in ordinand
papillis et in ea ratione quae erat illis cum fundamento in qu
escendunt. Constitutae lineae et verucis respondens effertur coriu
cum superficie. quae quidem eminentia pro altitudine sua certu
quendam papillarum numerum profert. Ea eminentia, quae ta
quam matrix inest in veruca, quantum pertinet ad formam, omnin
sequitur verucam, sicut etiam in magnitudinis ratione, ita quide
ut aut maiore aut minore papillarum numero sit distincta. Atqu
interdum talis eminentia apparet simpliciter adversus rete Malpigh
ad verticis formam terminata; alioquin eminentiae ferunt papill
maxime perspicuas et vel cylindri vel praeobtusi coni forma pra
ditas, cum verticibus subrotundis Ceterum non semper eminentia
corii papillares in lata basi ascendunt, sed in verucis cylindric
haud raro insidet eminentia in constricta basi, item cylindrica form
instructa, et papillae sunt distributae velut gemmae in superficie.

Alia sectura, e praeputii penis regione deprompta, et quide
in ea parte, ubi extera cutis in mucosam Praeputii membrana
transit, utraque linea constituta inter se disjuncta, demonstra
haec:

Rete Malpighii apparet loc loco multo tenuius pigmentatu
quam aliis locis, veluti in scroti lateribus et in perinaeo. Papill
hic ideo fero insolentius apparent dispositae, quod hoc loco sic
ubicunque rugae cernuntur in extero folio, conjunctae sunt in b
communi, quae supra faciem paullo est editior. Ultra lineam d
finitam et quidem in interna praeputii parte incipiunt papillae pae
omnino evanescere, et passim tantum singularis aliqua succres
Totae etiam hujus regionis partes plane carent papillis, quum
aliis rursus simplices papillae, lineali subinde forma dispositae, co
spiciantur. Item aliae quoque secturae parvae ex pene et scr
factae sunt, quae omnes eandem corporis papillaris hypertrophi
ingentem luculentissime illustrabant. Porro altior substrati inve
gatio, habita telae conjunctivae stromatis fibrarumque innexar
elasticarum, musculorum etc. ratione, multum contulit ad eruend
totius processus hypertrophici in corpore papillari naturam, de
modo videbimus. —

Ac nunc quidem liceat nobis de tela conjunctiva atque
quibus obnoxia sit in partibus affectis, rationibus, pauca quae-
n subjicere. Telae conjunctivae stroma, recens perquisitum, ad-
sus epidermidem apparet ubique confirmatum, atque est locis
icae vaginali adjacentibus forma gelatinosa [1]. In substrato ipso
a discedunt in diversas propriasque partes, alioquin autem haud
ltum quod sit explicatione dignum exhibent. Magni tamen mo-
nti est illud, quod quaedam verucae, praecipue in Scroto, intus
ent massam nucleosam, quae videtur gelatinosa quaeque molli-
et pelluciditate sua a reliqua tela conjunctiva differt. Qui nu-
us nonnullis locis pertinet usque ad verucae superficiem, ubi in-
dum locus depressior reperitur, qui statim in gelatinoso illo nucleo
det. Nucleus gelatinosus potest saepe exorticari atque, ubicun-
e in conspnctum venerit, magnitudinem verucae sequitur. —
Tela conjunctiva statu perquisita recenti observabamus, quamvis
singulas fibras disjungi haut facile potuerit, tamen microscopio et in
laxiore ac subcutanea et in corii firmiore tela conjunctiva tenues
tes striatas evidenter in conspectum nostrum venisse, atque
eterea nucleorum cellularumque non exiguam copiam apertam
e. — In affectarum partium qualibet regione disquisita telae con-
ctivae quantitatis insigne apparebat incrementum. Quae hyper-
phia permultis in locis eo magis erat insignita, quod hic et vasa
nino normae convenientia, eaque quidem parietibus solitis in-
ucta repierebamus, et fibras elasticas ac musculares eadem fere
uctura atque distributione animadvertebamus qua in sanis parti-
s. Praecipue in substrato proxime sub papillis jacenti telae con-
ctivae stroma plane et omnino hypertrophicum elucebat, Telae
dem conjuctivae indolem hisce locis crudam esse manifestum
bis videbatur, quoniam imprimis prope papillas facile licebat co-
oscere, quemadmodum tela cruda interposita fuerit tendinosae,
que ratione ex tela cruda formata densatio quaedam locum ha-
erit. Neque igitur dubitandum est, quin telae conjunctivae hy-
rtrophia enormis ipsa magnopere sit particeps processus illius
em descripturi sumus pathologici.

---

1) De causis formae gelatinosae vid. infra, ubi de pathologico-anato-
a Elephantiaseos natura exponetur.

Ac nunc quidem progrediamur ad ceterarum substra partium stromate inclusarum rationes. De vasis illud que jam supra attigimus repetendum est, parietes apparuisse normale ac tunicas commode agnitas esse. — Fibrarum elasticaru tela, quae in omnibus fere cutis partibus uberius solet inveniri (cet non tam copiosa sit quam tela conjunctiva), quoad in substra observabamus, ex stromate prorsus fere evanuit. Quum in pleri que regionibus non nisi telae conjunctivae communis gravia quan conspicerentur, perpaucis modo locis, sicuti in Praeputio penis, brarum elasticarum major copia cernebatur. Quin etiam, in s ctura ex Scroto affecto deprompta, linea constituta discrimen int integra atque depravata luculentissime erat significatum. Perq rentibus enim nobis, quanta strato proxime ad papillas sito iness tela elastica patebat, in locis sanis linea illa terminatis telam elas cam multo copiosiorem inveniri quam in affectis, ita quidem, ut n bis manifestum fieret illud:

a) Hypertrophiam re vera in ipso cutis corpore p pillari subortam atque explicatam esse, quu telae amorphae massa hypertrophica haud exigui fue momenti ad corroborandas papillas compluresque in ba communi attollendas.

b) Stratum sub papillis ipsis situm hypertrophia certo particeps ita factum esse, ut stratum illu cui insunt fibrae elasticae altius in parenchy ma repressum sit. —

Fibrae musculares, eaeque quidem laeves, quas praec pue in tela subcutanea Scroti et penis (incl Praeput.), nec min anterioris Perinaei partis inveniri Kölliker testis est certissimu nonnissi in una sectura ex Scroto repetita fortius apparebant ev lutae quam pro norma. Sed idem auctor illas vel sub conditio normali fasciculis crassis decurrere indicat, quapropter nil mira dum, quod larga fibrarum muscularium copia (et tunicae dartos Cremasteris) sub aspectum nostrum venerit.

Ut denique de glandularum ratione pauca adjungamus, gla dulae sudoriparae in universum non sat frequenter detegebant Sunt quidem glandulae illae simplices atque ex ductu tenero contorto consistentes. Una quidem in sectura ex Scroto aff

e petita elegantissimus gravissimusque quem facillime agnoveris ..alis eductorius repertus est, inter papillas per cutem irrepens in idermidem. Praeterea in Perinaei quoque substrato glandulae doriparae speciosissima forma erant apertae. — Glandularum bacearum contra longe amplior inventa est copia admodum auctarum. Ubicunque eas observabamus, in primis in Praeput. nis, appendices capillorum pellium laterales sese praebebant. Si i occurrerint loci capillis carentes, desunt glandulae sebaceae, c nisi in praeparatis exsiccatis bene animadvertuntur.

Nervi, quoniam exsiccata pleraque erant praeparata, eviden-s haud poterant animadverti. De vasis lymphaticis porro quod fuerit majoris momenti per totam disquisitionem in lucem otractum. Affirmare igitur nobis licet, vasa sanguinea, telae njunctivae stroma, musculorum fere acervos gravissima ap-ruisse universae telae hujusce elementa.

---

2) De cutis pravae histologicorum elementorum textura:

Quod attinet ad Epidermidis rationes histologicas, et de Strato alpighii et de corneo, discrimen a statu normali epider-idis harum regionum nequaquam detegi poterat. Contra substantia, quae stromati papillisque innexa est, conjun-iva notandum est hoc, quod sequitur:

Stroma e tela conjunctiva compositum in plurimis gionibus perquisitis exhibet corpuscula quamvis non densis-na, tamen sat crebra, oblonga, fusiformia. Frequentis-na illa exstant in eo quod proxime ad Papillas situm est stro-ate, formamque praebent stellatam. Papillarum axin longitudi-nem secuta nec minus vasis parallele decurrentia, vasorum ipso-n decursum facile annotabant corpuscula illa. De substantia ndamentali omnino judicandum est, substantiam striatam ique fortiorem comparuisse, quum massa elastica nusquam imie prodierit aucta. Si utrumque genus simul conspexeris, ra- talis ferme est, ut massa striata duplici vel triplici modo adver-: elasticam amplificata fuerit, sicut in Praeputio penis. Telae njunctivae pars non-elastica plerumque videbatur amorpha, cruda

et immatura. Telam papillis adjacentem exhibere crudae indole jam supra demonstratum est. Atque aliena quidem ac discrepan elementa formalia in musculis, in glandulis etc. omnino obser bantur nulla.

Comparatio cutis Elephantiasi immutatae cu sana, accedente conclusione, quales morphol gicarum in cute rerum sanarum alterationes e morbo sint exortae.

Si quis forte suspicatus sit, Elephantiaseos processum di gnari novis propriisque histologicis elementis formalibus in cu suborientibus, is quin vehementi teneatur errore haud dubium e Ex illis omnibus quae hactenus de partium examinatarum structu attulimus atque explicavimus, ne unum quidem in affectae cutis t alienum elementum histologicum inveniri elucet. — Contra subt ore et acutiore intuitione gravissimas structurae rationis revera stare declinationes haud quemquam fugiat, quae quidem valde s aptae ad illustrandas paullulum alterationes illas admodum obsc ras, quibuscum totus hic processus in cute pathologicus cohaere Et quamquam non ita multum tribuimus magnae illi crassitudi quae est in affectarum partium strato Malpighii major quidem qu in corneo (etsi tantae inter duo strata discrepantiae statu integ vix umquam occurrunt), tamen statim in extremo corii strato ob niunt nobis admodum propriae et in structura et in dispositic papillarum ab ea quae assolet differentiae. In quo, quod summ est et gravissimum in toto degenerationis processu cutis, vide nobis positum esse.

Neque enim ingens tantum corporis papillaris h pertrophia, sed etiam discrepans et longe diversa p pillarum dispositio totum processum extraordinari significat, quem nobis explicare est propositum.

Licet enim contendere, veteres papillas tanquam secundar insidere papillis primariis, recens subortis, magis minusve appla tis. Addendum est hanc quoque corruptae cutis esse propri tem, quod, eodem modo quo recens subortae papillae primari

in integumentum commune, incluso igitur strato corneo, colli-
·rum modo vel verucarum esurrexerit. — Notandum est deni-
:. ipso hypertrophiae processu totum corii stratum
iternum, quod et gestat papillas et amorphae vel immaturae
e conjunctivae stroma continet, infectum esse, h. e. corpus
pillare; — atque ut papillas, ita etiam telae conjunctivae stro-
in illa cutis parte permagnas nutritionis rationes habuisse, quum
ıen in integris partibus nusquam, quae ne aliquatenus quidem
illam accederet, quantitatem invenire potuerimus.

II. Praeparatum Elephantiaseos labiorum ac praeputii clitoridis:

Ex hoc de quo nunc sumus acturi praeparato una tantum pars
ıtri juris est facta, unde ad judicandum eum qui Elephantiasi effi-
ır processum pathologico-anatomicum haec paucis subjiciemus:
Cutis item atque in Praeparato I. occucurrit verucosa, in
mis in extera Praeputii facie et in Labiis majoribus. In super-
e perspiciebantur passim in Praeputio, ubi transit in Montem
neris, loca albida, eademque etiam in secturis ad liberam
is superficiem apparebant. Aequabant autem magnitudinem
- ½ - 1 Millimet., atque erant plerumque forma elliptica, cum
ninatione (marginibus) sinuosa. Mox nobis apparebat, albidas
s portiones glandularum fuisse sebacearum alte exaggeratarum,
ae se praestabant cellulis epithelialibus pinguetudine affectis va-
ɔque adipe repletas, unde color albus proficiscebatur.

De structura depravatorum, de quibus potissimum agi-
s, cutis locorum notanda sunt haec:

In hac quoque parte, praecipue in Praeputio et in Labiis ma-
ibus tenuissimum in Epidermide occurrit stratum cor-
um, quum Rete Malpighii crassitudinem aequaret
que ad $1/15'''$. — In Praeputii clitoridis corio egregiâ formâ
pillae observabantur; pleraeque latiore basi extollebantur atque
Rete Malpighii, magis magisque attenuatae, usque in Strati cor-
regionem escendebant. Longitudine $1/20 - 1/30'''$, latitudine (in

basi) $^1/_{80}$—$^1/_{50}$''' excellebant illae quidem. Sunt etiam quae dup cem latitudinem verticesque magis praeobtusos perhibeant, quu aliae ejusdem latitudinis sub liberum finem in 2—3 apices exear Inter cetera illud graviore momento efferendum videtur, ubi rug perevidentes atque elationes verucosae in cutis superficie apert fuerint, ibi corii papillas, illis jam dictis elationibus plane respo dentes, locis altioribus quibusdam, qui verticum forma supra facie universalem ascenderint, insedisse. Prout rugarum magnitud illarum elationum diameter in basi est diversa. Neque etiam v ubi externe verucae conspiciuntur nullae, tales elationes verticosa papillis quasi obseptae, deerant. Quod vero pertinet ad reliqua corii structuram, stroma consistebat e cruda tela conju ctiva cum corpusculis fusiformibus, quae quidem in sectu qualibet crassiore densissime substantiae inveniebantur adhaerent in tenuiore intervallis $^1/_{80}$''' inter sese distantia. Substant fundamentalis granulosa passimque leviter striata er nec telae conjunctivae stroma quod in papillis circaque eas cernit omnino ab illo discrepabat, quum in universum singularem qua dam dispositionem (Schichtung) structuramve hujusce stroma minime observaremus.

Ex reliquis substrati elementis glandulae sebaceae, f titer exaggeratae, hisce locis reperiebantur: in Clitoridis Pr putio externo (imprimis, ubi cutis sursum versus transit Montem Veneris atque a lateribus in Lab. majora), in Lab. min rum facie externa, rarius in interna, sicuti rarissime in Pr putii clit. facie interna, denique in Clitor. frenulo exter Omnibus his locis apparebant esse glandulae liberae ac solu quolibet capilli sacculo. — Capilli ipsi, nec minus glandu sudoriparae, quae prope ad capillorum sacculos sitae ac cel lis subfusce coloratis praeditae sunt, nullas praebebant a nor aberrationes. — Nervi in illo Corii strato nusquam veniebant conspectum. —

Transeuntibus igitur nobis ad cutis genitalium femi norum alterationes morphologicas, quae Elephanti efficiuntur, accuratius definiendas illa nobis ex observationi prodierunt in lucem: In corio quidem praecipue singularis quaed

terni strati e cruda substantia conjunctiva constantis vitas (Mächtigkeit) est observanda.

Cutis integrae in illa regione papillae distinguuntur et matudine et longitudine et multitudine; extolluntur autem illic umvis lata basi, singulatim, et raro tantum plures in basi comni. In morboso producto illud est gravissimum, quod maxima pillarum pars apparet tanquam secundariae papillae in cens subortis primariis seque verucatim extollenbus. Quae quidem papillae primariae saepe latent in Epidermide, ora corii superficiem transcendente. Est autem ubi promineant n illa, tanquam verucae liberae. — Porro notabile videtur, quasit vasorum in illo strato ratio, quia solitae vasorum tunicae finibus morbo affectis exsistebant nullae, quum ex paribus in no locis tunica intima, media atque etiam adventilia aequabiliter ssent intelligi. Deinde quum in integra cute nervi haud diffie possint ostendi, in eo de quo dixi strato non contigit mihi ut os invenirem. —

De iis quae sunt in cute glandulis, in producto pathologico llae apparuerunt diversitates nisi in sebaceis glandulis, quae nen ad magnam tantum amplificationem atque auctionem strati ndularis referendae sunt. De earum per cutem integram diffusione il habui quod insolentius proferrem. Exceptis enim glandulis baceis quae sunt in regione sacculorum capillarium, vacuas glanlas exploravi in: Praeputio Clit., Frenulo, Lab. minor., que ubi loca illa attingunt capillosa Lab. majora et Montem Ven.

---

ualis sit Elephantiaseos indoles pathologico-anatomica, conclusio:

Posteaquam igitur quae nobis de cute morbo correpta videntur efferenda omnia exposuimus, pervenimus ad constituenda de dole pathologico-anatomica haec quae insequuntur:

Processus morphologicus sedem quandam propriam sibi legit in Corpore papillari et in Corii finitimis partis. Illa enim pars conspicuis terminis sejungitur a profndiore Cutis strato, cujus et structurae et texturae ratio-

Explicatio tabularum:

Fig. I. Sectura aliqua ex affectorum masculorum g
nitalium regione perinaeali, ac quidem sub tran
itum Perinaei in Scrotum (sexies amplificata).

Fig. II. Sectura aliqua ex Praeputio clitoridis depr
vato (sexies amplificata):

a) Stratum Epidermidis corneum.

b) Stratum Malpighianum.

c) Monticuli papillares primarii, recens formati, u
prominentiae cutis verucosae oriuntur.


d) Papillae secundariae ac veteres.

e) Fundamentum e tela conjunctiva compositum.

f) Vasa } substrato inclusa.
g) Glandulae }

Fig. III. Sectura ex eadem regione (amplificata quater
vicies). —

1.



2.



3.



Assmann ad nat. lith.

VITA.

Natus sum Robertus Fränkel, Vratislaviae die XX. s. Maji a. MDCCCXXXV. patre Marco, matre Amalia, ente Kaffak, quos jam ante hos quatuordecim annos a morte ereptos mihi esse graviter lugeo. Addictus veteri fidei. Literarum primis imbutus elementis, de- annorum puer adii gymnasium Elisabetanum, quod ho- no quoque die auspiciis Cel. Dr. Fickert floret. Ma- tatis testimonio instructus, anno h. s. LII. hanc almam arum universitatem Viadrinam petii et ab Ill. Baltzer, tempore fasces academicos tenente, civium academico- numero adscriptus, apud Ill. Betschler, tum gratiosi icorum ordinis Decanum maxime Spectabilem, rite no- professus sum. —

Dissserentes audivi viros Illustrissimos, Celeberri-, Experientissimos: Aubert, Barkow, Benedict, schler, Braniss, Burchard, Frankenheim, Fre- ıs, Göppert, Glocker, beat. Gravenhorst, Gros- beat. Henschel, Klose, Löwig, Middeldorpf, . Nega, Reichert, Rühle.

In exercitationibus anatomicis Ill. Barkow, in clinico urgico Ill. Benedict, Ill. Middeldorpf, in clinico ico Ill. Frerichs, in clinico obstetricio Ill. Betschler, s mihi fuerunt benevolentissimi et praestantissimi.

In clinicis exercitationibus benignissime me adju- nt: Exp. D. D. Cohn, Förster, de Gliszynski, se, Joseph, Langer, Rühle, Schedler, Weidner.

Quibus omnibus Ill., Cel., Exp. ex intimo corde habeo am quam maximam.

THESES.

1. Medicus, neglectis omnino rebus metaphysicis et philosophiam veram pertinentibus, nihil nisi practic realesque naturae humanae processus debet respice animumque in illa tantummodo intendere quae sen sibus possunt percipi.
2. Omnibus aetatibus hominum praejudicia ac supersti nes maximam literis attulerunt perniciem.
3. Methodus galvanocaustica imprimis in operationib ubi partes ampliores quaeque vasorum ubertate pra cellant, amovendae sunt, omnibus aliis longe videt anteponenda. —
4. Garrodii illa observatio, salium sanguinis alcalinor copiam in Scorbuto magnopere esse diminutam, etiam per se recta est, tamen vix quidquam valebit ad ill strandam morbi illius aetiologiam. —
5. Veterum opinio, Pneumoniam quam vocant bilios reducendam esse ad processus metastaticos quosda plane est erronea. —
6. Hepas revera lardose infiltratum vix umquam secun successu curatum esse censeo. —
7. Foetum vivum perforare non licet.